



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Aggeo propheta. Cap[itulum]. li.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

tribus studijs in predicto monasterio habitum monachale assumpsit: et humile ac despecta vultu ducere cepit. Et cum esset omnium doctor: sapientia sua humiliter occultabat. Tandem fama ipsius comperta de madauro sui abbatis scholas tenuit: et clericos ac laicos multos in divina sapientia auditores habuit: quorum plurimi discipuli per magistrum amore multa monasterio contulerunt. Qui postmodum ipse loci prior: inde abbas cudonien. factus est. Quadam die eo celebrante diaconus ei ministrans a diabolo arreptus est. Qui diebus plurimis vexatus: sed tandem eius orationibus liberatus. Huic etiam cum nunciatum fuisset: quod anselmus eius monachus et discipulus nocte in lecto anulum aureum reperisset: prenuntiavit eum futurum episcopum: et ut presererat sic euenit. Hic ex precepto leonis pape quinti discipulans in consilio toletano contra berengarium turonensem. qui de eucharistia prave sentiebat: eius eloquentissimo sermone confudit. Quicquid in christo quinto noni. iulij.

De sanctis Mustiola et Hyreneo martyribus. Cap. xlvij.



Mustiola et

Hyreus diaconus tempore valeriani imperatoris turcio agere vicario apud ciuitatem clusium passi sunt. Cum enim presideris turcius felicem presbyterum per martyrium consumasset apud verniam ciuitate: ut dictum est supra in eius passione. Idem kal. iulij: ipsiusque corpus hyreus diaconus sepelisset iuxta muros: videlicet suburbane urbis. Hec audiens turcius hyrenem comprehendi fecit: et cathenis vincitum post redam suam traxit usque ad ciuitatem clusinam: ibique illum in carcere comprehendit cum pluribus christianis alijs. Quos omnes mustiola nobilis matrona claudij principis consobrina: in ergastulo refovebat. Quod cum audisset turcius: ipsam quendam tenentem fecit: et omnes christianos detentos decollari: hyrenem vero in conspectu mustiole equuleo appesum tandem in vnguis lacerari: et flammis appositis aduri fecit: donec spiritum emisit. Deinde sanctam mustiolam sacrificare nolentem tandem plumbatis cedi iussit: quousque animam exhalauit. Quorum corpora marcus seruus dei iuxta muros clusij ciuitatis deuote tumulauit: vbi et miraculis clarent: qui passi sunt. v. noni. iulij.

De sancto Lauriano martyre. Cap. xlvij.



Laurianus martyris

passus est in territorio bituriceis: qui per christi nominis confessione gloriosa amputato capite trisulphum meruit obtinere martyrium: cuius caput apud hispalim ciuitatem depositum:

ibi digna veneratione recollit: qui passus est. v. noni. iulij: ut habetur in martyologio adonis. De sancto Osee propheta. Cap. l.



See pro

pheta de tribu isachar filius beeri ortus in bethleemoth sub quatuor regibus iuda prophetauit: videlicet ozia: ioatham: achaz: et ezechia: et sub hieroboam filio ioas rege israel: vñ et esae prophetae contemporaneus fuit. Prophetauit autem principaliter contra decem tribus: pauca de duabus loquens. De memorato enim regum numero achaz rex iuda et hieroboam rex israel: dominus derelinquens in israel idolatrie crimine imperio ac potestate sua admittente populum compulerunt. Propter quod deus ad osee locutus est: ut acciperet vxorem fornicariam: et faceret filios fornicationis. Fornicaria inquit: non est locutione corpore meretricis: sed gentile deum ignorantem appellat. quod dei creatoris sui amore contempto: simulacrorum se subiecerat desiderijs. Hinc factum est: ut ira dei in populo israel per denunciationem prophete sub tali typo. pessura dices rex. Domus autem iude misericordia lectione prophete comprehensa ab hoc permissa est: quia ezechias rex iuda filius achaz sublati idolis: quod pater eius et ceteri reges consecrauerunt: templum dei purificasse monstrat: ut supra in gestis ezechie dictum est. Prenuntiavit autem osee iudeos in ultimo tempore ad christum redituros. Tertium quoque diem officio resurrectionis praedixit. Dicit autem: ut ait hieronymus: praenuncias dedit signum: venit dominus in terra sicut quercus: quod est in sylo. quod non legitur in scriptura eius secundum editionem nostram: forte quod hieronymus dixit signum: hic epiphannus dicitur: prodigium dices de osee: et dedit prodigium dices. Veniet dominus in terram sicut quercus in sylo: quod ex semetipso in. xij. fuerat partita: et facta fuerat ex ea torrida quercus. Hic postquam prophetia sua adimplet: sub ezechia rege placiditate quere dormiuit quarto noni. iulij: in terra sua sepultus: ut ex hebreorum scriptura colligitur. Hec hieronymus et Josephus: et ex hystoria scolastica comestoris.

De sancto Aggeo propheta. Cap. li.



Aggeus p

pheta post captiuitatem populi iudeorum in anno secundo dariani persarum regis prophetauit in hierusalem. Nam in anno primo eius regis persarum: ut impletur sermo dei ex ore hieremie prophete: ut haberetur esdre primo in principio. Iussu ipsius regis

De sanctis in mēse iulij occurrētibus. Fo. clv.

populus in iudeam reductus est. Luncq; a populo israel et senioribus templi dei edificari cepisset: mortuo cyro rege persarum: ac regnate dario: qui memorato successerat: vicine gentes odio iudeorum instauratione templi et civitatis impeditre ceperunt. Qua ratione ductus populus iudeorum restauracione ipsius templi necesse cessam esse iuxta promissionem credebat: propter quod in secundo anno regni darii memorati. Aggeus propheteta adeo missus ad zorobabel: qui erat de tribu iuda: qui potestate regni suscepturus erat: et ad iesum summum sacerdotem filium ioseph de quo admoner: ut credant cōplecto anno numero tempus restauracionis hierusalē aduenisse. addito ne incredulitate populi velint imitari. Quia autē que in textu ipsius prophetie continentur: reuerfione populi: reparacione templi: renouatione ciuitatis: obseruantia sacerdotale: et interitū regnorum exterorum significat. prophetavit autē vna cum aggeo zacharias. propheteta: de quo dicitur infra. vij. idus septembris. Sed duobus mensibus ante zacharia hic aggeus vaticiniū suū referere cofusus est. Quicquid in iudea in pace. iij. nonis. iulij. et tumulatus iacer iuxta sacerdotum monumēta in hierusalē. Hic propheta vna cum proximo precedente ex numero. iij. illorum prophetarum sunt: qui minores appellantur: qui et in sanctorum patrum catalogo ecclesiastici. iij. cap. describuntur. Hec vnde supra.

De translatione sancti martini epi. Cap. lxx.



Translatio

corporis sancti martini facta est anno iij. leonis primi ut ait sigbertus: anno videlicet. lxxij. ab obitu ipsius sancti. Cum enim perpetuus turoneus. episcopus cerneret insignia miracula: que ad sepulchrum sancti martini fiebant: ecclesiam magnam et speciosam eius nominis fabricauit: iuxta cellam: videlicet vbi viuens de gere consueuerat. Et congregato clero ac populo vniuerso cum corpore sancti ad nouam ecclesiam transferre decreuisset kalē. iulij post noctis vigiliis et lectiui celebrati mane sepulchrum nullatenus mouere potuerunt. Quod cum sequenti die et tertio iterassent loculum similiter nullo ingenio leuare valuerunt. Luncq; iam quasi desperati opus dimittere conceperunt recordati sunt: quod. iij. iulij. iij. vicis nonis. ipsius ordinacionis beati martini anniuersaria dies erat. Et quod forsitan ipsa die domini corpus beati confessoris transferri disposuisset. Teinuo igitur orationibusque premissis ad tumulum accesserunt. Quorum illi senex venerandus apparuit: alias nunquam visus: qui eos ad opus suuare cepit. Sanctumque martinum eiusdem adesse dixit: ut corpus transferre non tardarent admonuit.

Sicq; cum summa velocitate loculum leuauerunt et in loco vbi nunc collis posuerunt. Completis quoque officiis cum senē ad mēsam regerēt nusquam comparuit. Accidit quoque: ut tunc essent duo mendicantes et multā pecuniā ex questu acquiserēt: quorum vnus cecus et alter erat contractus: cecus contractum ferebat: et contractus ceco viam ostēdebat. Audiētes autē quod ad corpus sancti martini multi sanabant infirmi: domini corpus in translatione processionaliter portaretur: et in mentes ne corpus iuxta eorum habitacionem duceretur: et sic ipsi forsitan sanaretur. Unde recesserunt: nolētes sanitatem persequi: ne periret miseria questus sui. Dum ergo fugerent per viam vnde corpus nequaquam ducendum putabant ex improviso sancto corpori obuiant. Et quod deus multa beneficia prestat etiam iniustis: ambo contra voluntatem ipsorum continuo curati sunt: licet de hoc plurimum tristarentur. Celebriatur autem hec translatio et ipsius ordinatio ac prefate eius ecclesie dedicatio. iij. nonas iulij.

De sancto Uldarico episcopo. Cap. lxx.



Uldarico eps

augustini. nobilis romanus ex istis infantibus in monasterio sancti galii educatus est. Et cum etate adoleuisset: et habitum monasticum assumere velleret: a quadam sancta inclusa prohibitus est: que eidem asseruit sibi fuisse a domino reuelatum adhuc ipsum futurum episcopum. Commendatus est igitur ad alperonem augustini. episcopo a quo est ad sacerdotii ordinem promotus. Deinde romam veniens a martino papa benigne susceptus est. Qui eidem pontifici episcopum suum mortuum nunciavit sibi diuinitus reuelatum. Luncq; ipsum papa martinus velleret in episcopum ordinare: et augustini. vbi in pastorem perficere: videlicet recusaret: summus pontifex eidem presunclauit: quod periculoso adhuc tempore episcopatus ipsum non posset euadere. Quod et factum est. Nam episcopo augustini. ad episcopatum hiltinensium. translato vidaricus ei a populo succedere compulsum est. Qui cum sancto corado episcopo constantie gregem dominicum verbo et exemplo operis bene pauid. Super hunc sanctum die cene domini crisma conficentem: et die pasche missarum solēna celebrantem visa est dextera dei qui sibi benedicebat. Quasdam die sancta aptha sibi apparuit: et ut se sequeretur admonuit: ipsumque visum in lechfeld perduxit: vbi pervisionem sancti petri apostoli cum quodam alio sancto vidit: qui arnulphum ducem turungiorum pro suis criminibus dānabat. Et nota toto tempore repertum est eodem die et hora arnulphum e seculo migravisse. Ipse vir sanctus pacem inter oriponem ducem: et lodolphum eius filium tractauit.